

**3109** Iunoni caelesti | Q. Caecilius | Rufinus Crepe[reianus] cos., | leg. Augg. pr. pr.<sup>1</sup>, | v. s. l. m.

*Aquinci rep. (III S. 40407 Domaszewski vidit ectypum). — 1) Idem legatus Iovi optimo maximo posuit titulum III S. 40415.*

**3110** Iunoni | veridicae | (*sequuntur complures versus erasi*).

*S. Nicola Manfredi prope Beneventum (IX 2440 cf. Eph. ep. 8, 103 Ihm vidit ectypum).*

**3111** Mammiae C. f. | Iustae | Q. Tullius Q. f. Horat. | Cincius Priscus | pontifex sacrarius | Iunonis | Quiritis<sup>1</sup>, patronus | municipi, | testamento poni iussit.

*In civitate Castellana, i. e. Faleriis (XI 3425 aliquoties descripta saec. XV. XVI). — 1) Alius pontif. sacr. Iun. Cu[r]ritis] est in t. Faleriensi XI 3400. Praeterea lucus Iunonis Curritis memoratur in t. Faleriensi XI 3426, quem infra dabimus inter titulos memorabiles aedificiorum. Atque etiam Tertullianus apol. 24 indicat apud Faliscos coli Iunonem cognomine illo insignem.*

**3112** Flaviae Coeliae | Anniae Argivae | sacerd. Iunonis | Populonae<sup>1</sup>, | L. Fl. Coeli Prisci | Ilvir., pont., | filiae, | Teanensis alumn. | et n[ot]arius patris | eius, | l. d. d. d.

**3113** Vitelliae | Virgiliae | Felsiae<sup>2</sup> | [m]inistreae sa[crorum] pu[bl.] | p[raesidis] Iu[n]o[n]is populo[n.]<sup>1</sup>, | Virgilia Fi . . . a | [m]a[te]r, l. d. d. [d.]

*Teani (X 4789. 4794 vidit Mommsen). — 1) Cf. supra N. 3403 not. 2. Ad aliam sacerdotem eiusdem dei Teanensem pertinet X 4790. — 2) Nomen non certum esse ait Mommsen. — 3) Praesidis vocabulum videtur pertinere ad ipsam Iunonem.*

**3114** Iun. Lun.  
reg. sacr.

P. Vitullius | Philologus | VI vir Aug. | imperio.

*Veronae (V 3255 vidit Mommsen).*

**3115** Iunonibus<sup>1</sup> | L. Clodius | Arbusculae l. | Auctus | v. s. l. m.

*Brixiae (V 4223 vidit Mommsen). — 1) Iunones hae, in Gallia Cisalpina coli solitae, nihil aut non multum commune habuerunt cum Iunone Romanorum, et reperiuntur dictae Iunones Matronae (v. infra N. 3122), nempe non diversae a numinibus quae sub Matronarum nomine in hac ipsa regione et trans Alpes colebantur; cf. Ihm Ann. Rhenan. 33, 1887 p. 77 seq., et infra in capite de numinibus peregrinis.*

**3116** Iunonibus | Aug. | L. Licinius Hymnus | VIvir | v. s. l. m.

**3117** Iunonibus | Aug. sac. | Metella (*sic videtur*) Ide nomine | suo et | T. Flavi Hermetis | viri sui | d. d.

*Veronae (V 3239. 3240 vidit Mommsen). — Alios titulos Iunonibus dicatos ibidem repertos habes ib. n. 3254—3258.*

**3118** Iunonibus | Augustalib. | porticum et | maceriam, | Capito Luci f. | et Iulia uxor | v. s. l. m.